

P. H. D. art. 135. ibique Matth. Steph. ubi estiam probat, quod
hodie in aliis quoque casibus, extra delictum læsæ Majestatis, con-
fiscatio obtineat, Casp. Klok, *de ætar. l. 2. c. 40. n. 15.*

§. 9.

Porro ad hanc causam seu titulum delicti pertinet quoque
inventio thesauri magicis artibus procurata. arg. l. un. C. de thesaur.
Sixtin. *de regal. l. 2. c. ult. n. 33. colleg. arg. de l. F. n. 8.* & hoc ve-
rissimum, si in proprio loco arte magica fuerit repertus. Sed quid
si in alieno? Totum thesaurum fisco applicari vult Chassan. *con-
suetud. Burgund. tit. des justices §. 1. in verb. Espaves. n. 27.* Eam
solum partem adjudicandam esse fisco, quæ fuisset inventoris, no-
nat Sixtin. d. l. n. 34. cum Dominus loci ob maleficium alterius
non suo debeat privari jure. Aliam denique fovet sententiam
Casp. Bitsch. *disput. 2. de thesaur. th. 259.* quod scil. hoc casu non
solum pars jure soli debita loci acquiratur Domino, sed totus ei
thesaurus, fisco penitus excluso, attribuatur, quam ipsam senten-
tiam haud obscure probat ipsa l. un. C. de thesaur. ubi Leo Impe-
rator thesaurum in alieno data opera inventum loci Domino ad-
judicat, nec inter operam licitam & illicitam distinguit, sed gene-
raliter scribit: *In alienis vero terrulis nemo audiat invitis, imo
nec volentibus vel ignorantibus Dominis opes abditas suo nomine
perscrutari. quod si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplican-
dum, aut præter hujus legis tenorem in alieno loco thesaurum scruta-
tus invenerit, totum hoc locorum Domino reddere compellatur, & ve-
lut temerator legis saluberrimæ puniatur.* consentit Cardinal. de
Lugo *de Iust. & Iur. disp. 6. sect. II. n. 112. in f. Camman. disput. 8.
de Regal. th. 34.*

§. 10.

Ad omissionis delictum pertinet, si quis merces vestigali sub-
jectas non profiteatur, adeoque illud solvere fraudulenter neglexe-
rit, *So einer den Zoll versfahren / tunc res ipsæ in commissum ca-
dunt, earumque dominium ipso jure fisco cedit. l. 14. de publican.*
quamvis declaratoriam sententiam Dd. communiter requirant, &
res à possessoribus vindicari debeant. Gail. 2. O. 51. n. 5. Schnobel.
disp. ad D. 19. t. 21. Dn. Wurmser. Exer. 6. q. 16. ubi aliud consue-
tudine